dicebat Calvinus.

Dico. Cum tam filius quam Spiritus S. procedant in 4 C.
similitudine naturae, et tamen unius processio sit generatio et non alterius,
sine ratio proxima et formalis est, quod processio verbi sit generatio,
et non processio Spiritus S. quia filius procedit in similitudine
naturae vi suae processionis et formaliter, Spiritus S. vero
procedit in similitudine naturae non vi suae processionis, sed tantum
materialiter et identice: radicalis autem et fundamentalis ratio est,
quod filius procedat per intellectum assimilativum, processio
vero Spiritus S. fit per voluntatem quae assimilativa non est.
est S. Doct. et communis S. T. Probatur 1. quod verba in definitionibus
posita debeant explicari in sensu formali: quod si in definitione generationis
dicitur in similitudine naturae, tum ipsa debet in sensu formali, hoc est, quod vi
suae processionis procedat in similitudinem naturae, si enim non reciproce
forent illa verba in sensu formali illa verba, tum certe non esset
ratio, quod processio verbi sit generatio, non autem processio Spiritus S.
nam in sensu materiali etiam possum dicere, quod processio Spiritus
S. sit origo viventis a vivente coniuncti in similitudine naturae,
eo quod eandem numero naturam participet cum patre et filio,
nec ex hoc inferatur, aliquid addi definitioni generationis, si dicitur
vi suae processionis, non enim aliquid additur quod faciat novam
partem definitionis, sed tantum novam et maiorem explicationem